



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 81. Basileensium Legati a Principibus durius excepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. LXXXI.

Sæcul. XV.
A. C. 1439.*Basileensium Legati a Principibus durius excepti.*

Omnes ferme Principes satis acerbe Basileensium Legatos excepere. In Germaniam missi decretum, quo Eugenius Papa exauctorabatur, in valvis Basilicarum Argentinæ, Spiræ, Wormatiæ & Moguntiæ affixerunt, sed illud confestim fuit dilaceratum, prohibitive Legati, ne ultra ejusmodi ausus attentarent. Francofordiæ & Moguntiæ ipsis significatum, statuisse Principes, neutri parti adherere, & quidquid demum Basileenses obganirent, nihilominus pro præsentium rerum statu nihil immutare sibi constitutum esse, & ne forte Principes in hoc conventu congregati censurarum per Synodum indictarum metu cogerentur, declarabant, se ab illis ad Synodum magis Generalem, ad Papam Eugenium, vel alios, ad quos de jure spectaret, provocare.

§. LXXXII.

Eugenii Papæ decretum contra Basileenses.

Interea vero Eugenius Papa, cum Florentiæ, ubi Synodus etiam post discessum